REGESTRVM
BVRSAE
CRACOVIENSIS
HVNGARORVM

NVNC PRIMVM

EX

AVTOGRAPHO CODICE

BIBLIOTHECAE CRACOVIENSIS

EDITVM.

BVDAE,

TYPIS REGIAE VNIUERSITATIS HVNGARICAE

1821.

Nihil semper floret, aetas succedit aetati.

CICERO *Philip. XI.*

POPVLARIBVS SVIS EDITOR

S.

Regestrum a) *Bursae Cracouiensis Hungarorum* b) tanto maiori cum prom-

a) *Regestrum* hoc loco vsurpatur pro Codice, siue Libro, in quem inscribebantur Academici, quibusdam beneficiis, e. g. victus, et habitationis donati. — Hodie pro quouis *Indice* adhiberi solet, et in Academiis inualuit nomenclatio *Alborum*, *Matricularum*, *Catastrorum*, *Elenchorum*, *Catalogorum*, et his similium.

b) *Bursae* olim dicebantur Conuictus Studentium, cuius generis in florentioribus saeculo XIV. et

* 2 XV.

promtitudine tipis exscribendum suscepi, quanto certius mihi persuadeo, de hoc patrios Historiae Literariae Scriptores nullam habuisse notitiam *a*). — Vir eruditissimus, et summe vene-

XV. Academiis extitisse, patet ex Albertinis Priuilegiis Vniuersitati Vindobonensi an. 1384. concessis, in quibus pluries earum fit mentio. Sub Iesuitis Bursas fuisse conuersas in Seminaria, docet a KOLLARIO *Analect. monum. Vindobon.* Tom. I. Pag. 320. productum FERDIN. II. de anno 1632. Priuilegium, vbi simul Bursarum Literae, quae fundationem, et stipendia concernunt, in Archiuo Vniuersitatis asseruari praecipiuntur. — Nondum tamen plene haec nomenclatio desiit. — Etiamnum Fundatio Silesiaca pro 32. Iurium Auditoribus Vindobonae retinet antiquam Bursae appellationem in *Hof und Staats-Schematismus des Oesterreich. Kaiserthums* II. Theil. Pag. 102.

a) Mecum sane sentit, qui primae paginae apographi authentici, ex quo hoc exemplar transumtum est, annotauit: *in Historia literaria Hungariae per plures iam edita, nuspiam mentio fit huius Bursae, seu Conuictus Hungarorum Cracouiensis.*

nerandus, Cl. PAVLVS WALLASZKY *a*) in pretiotissimo suo de re literaria Hungariae Opere *b*), quod iam secundis curis edi meruit, certe mentionem illius aliquo loco interiecturus erat, si illud ei cognitum fuisset, tametsi doctissimorum popularium, qui in celebri Academia Cracouiensi saeculo XV. et XVI. bonis artibus, ac scientiis operam dederunt, variisque, emenso Studiorum curriculo, postea lucubrationibus inclaruerunt, memoriam ad posteros transmittere haud neglexerit.

Non

a) In CSAPLOVICSII *Schemat. Ecclesiar. et Scholar. euang. A. C. in Hung.* Pag. 92. virum celeberrimum, aetate iam grauem, hodie Senioratus Gömöriensis honore Senioris insignitum, et in Paroecia A. C. Iolsuensi V. D. Ministrum inuenio.

b) Huic titulus est: *Conspectus reipublicae literariae in Hungaria.* 8. *Budae* 1808.

Non me ergo in Patriam peccaturum spero, si per editionem huc usque latentis, et nec nomine quidem hactenus noti Manuscripti Historiam literariam Hungariae noua accessione locupletare contendero. — Non potest enim non minus vtile, quam volupe esse, peruenire in notitiam Virorum, qui nos seu propius, seu eminus cognatione, affinitate, et popularitate contingunt, vel, qui sublimiore eruditione, et scriptis eminent, aut qui in Annalibus singularem constituunt epocham, secus fortassis oblitterandi, nisi in hoc Albo subscriptionibus nominum manifestassent Athenaeum, in quo suam nacti sunt institutionem. — Suffragabitur non mediocriter istud Regestrum cumprimis illis, qui concinnandis Virorum illustrium, aut eruditorum biographiis suam locant operam.

Initium huius Bursae Hungarorum sub Wladislao II. Rege ab anno MCCCCXCII. deriuandum esse, ex ipso Personarum Catalogo intelligitur, quo scilicet anno iuuentus Hungara frequentiore numero Cracouiae prosequendorum Studiorum caussa congregari coeperat ex Hungaria, et Transsiluania. — Pars quoque, Summo Literarum, et Literatorum Moecenate, Rege Mathia I. Corvino e viuis decedente, Italiam petiit. — Roma, Bononia *a*), atque Padua multos certe Ciues maximis virtutibus conspicuos Patriae reddiderunt. — Pars vicinam Poloniam adiit, ac ibidem liberale domici-

a) Bononiae Hungaros multo cum progressu studuisse, docet Dedicatio *Philippi Beroaldi* ad discipulum suum *Philippum Gyulai*, quam Ciceronis Quaestionibus Tusculanis praefixit.

cilium inuenit. — Emigrantibus enim cum obitu generosissimi Regis Doctoribus publicis, et Magistris e regno, et aliorsum Cathedras suas transferentibus, cessantibusque *generalibus* in *Hungaria Studiis a*), atque *Scholis b*), omnis studendi occasio iuuenibus in Hungaria erepta fuit, donec sequenti saeculo XVI. complures iterum Ludi literarii adperirentur *b*).

Interea extra Patriam quaerentibus publicae institutionis praesidia, fami-

a) Hac appellatione Vniuersitates, et Academias olim insignitas fuisse, interpretari necessum non est.

b) *Scholas* ea aetate Episcopos in suis Dioecesibus habuisse, dubitandum non est. Cl. Wallaszky in *Consp. reip. liter. Hung.* Sect. poster. §. 13. Pag. 116. his etiam Cassouiensem, et Leutschouiensem addit.

b) Idem *ibidem* Pag. 172. §. 4. Gymnasiorum restaurationem recitat.

famigerata Academia, quae tum Cracouiae florebat, videtur summopere complacuisse, quum multitudo adolescentum mox distinctam sub nomine *Nationis Hungaricae* societatem constituerit *a*), in vnum Contubernium coiuerit, quod *Bursam b*) dixere, seque *Bursarios Hungaros c*) no-

a) Studiosos in celebrioribus Vniuersitatibus iuxta Nationes partiri, antiquissima est consuetudo. — Exemplum est in Statutis Academiae Vindobonensis, saeculo XIV. conditis, in quibus Natio Hungarica sibi tertium locum vendicat, et in hodiernum diem suo gaudet Procuratore, qui Fundationibus, et Stipendiis inuigilat. Cfr. Kollár *Analect. monum. Vindob.* Tom. I. Pag. 94.

b) Talismodi *Bursam*, Mathiam I. meditatum fuisse, docet Descriptio aedificii apud Wallaszky in *Tenten. hist. liter. sub R. Math. Corn.* Pag. 57. licet hyberbole XL. mille Scholarium, si tantum ad quatuor millia reducatur, abunde sufficiat.

c) *Bursariorum* nomine intelligebantur Iuuenes sub vno tecto conuiuentes, libertate academica, et stipendiis donati. Inde in Academiis Germanicis hodierna Alumnorum cognominatio, Bürsche.

nominauere. — Ad erigendum hunc Conuictum certas habitationi accommodas aedes quoque comduxerunt, *a*), et Alumnatui Praefectum e gremio sui elegerunt, quem *Seniorem* compellarunt, *b*) rerum, quae ad victum et amictum pertinent, administrationem, atque disciplinam Domus curaturum, additis eidem in adiutorium nonnullis e corona contubernalium per suffragia delectis sub nomenclatione *Consiliariorum c*). — Ne-

---

a) Nullis indubitatis fontibus, et documentis existentibus, difficile est ostendere, Hungaros propriam seu donationis, seu emtionis iure domum Cracouiae tenuisse, ex notationibus Seniorum in hoc Regestro haud aliud prodit, quam, quod Censum soluerint.

b) Consuetudo in Collegiis Hel. Conf. per Hungariam, et Transyluaniam constituendi *Seniores*, probabilius a Bursis academicis accepta est.

c) Tales hodie sunt: *Contrascriba*, *Notarius*, et alii *Togati* Studiosi, quos *Officiales* Collegii vocant.

Neque *Statuta a*) defuerunt, ad quae tenenda vnusquisque obstringebatur. — Verum quemadmodum *nihil est*, inquit CICERO *b*) *simul et inuentum, et perfectum*, ita res persaepe saluberrimae per varia adiuncta subito adhaerent, et antequam ad solidam consistentiam deducantur, iam concidunt. — Hoc de pluribus Institutis praedicari potest, et Bursam quoque Hungarorum Cracouiensem tetigit. — Etsi ex hac primitus multi praestantes viri, honorificis subselliis admoti, cum solida scientiarum cognitione in Patriam reuersi sint, haud tamen saeculum suae existentiae attingere potuit. — Ab anno millesimo quadringentesimo nonagesimo secundo vltra millesimum quingentesimum quinquagesimum octauum non perstitit.

a) Haec nondum detecta sunt.

b) *De clar. Orator.*

tit. — Caussam interitus Annotationes in hoc Regestro repetunt ab intestinis in Hungaria bellis, a defectu subsidiorum, a denegata protectione contra Polonorum iniurias. Hinc de anno in annum semper pauciores Studiosi ex Hungaria Cracouiam appulere, et postremo desinentis huius Conuictus anno, vix quinque numerati fuere.

At enim me tenet opinio, quod abolitio huius Instituti cumprimis tribuenda sit rerum, et temporum circumstantiis, quas reformandae christianae religionis spiritus produxit, et humana ingenia saeculo XVI. adeo obsedit, *a*) vt nec academici Cracouienses ab his occupationibus essent immunes. — A Palatiis Regum, ac

a) Cfr. Busch *Grundriss einer Geschichte der merkwürdigsten Welthändel.* I. Th. Pag. 16.

ac Principum vsque vilissimum Coloni tugurium noua religionis semina iacta sunt. — Nam enatis, fere vno, eodemque temporis puncto, *Lutheri*, *Caluini*, et *Socini a*) dogmatibus, in ortu haud suffocatis, diuortium ab Ecclesia Romana factum est, quod postea cum ingenti Statuum conuulsione in Hierarchiam non minus politicam, quam ecclesiasticam mutationes induxit *b*). — Adolescentes nouitate principiorum abrepti, eaque ab ore Doctorum, qui horum authores sunt, excipiendi, incredibili pene desiderio allecti, *c*) non in Patriam redituri, Cra-

---

a) Cfr. MART. BOLLA *prim. Lin. Hist. vniuers.* Tom. III. Pag. 13. et seq.

b) SOCRATES in *Tripartita Hist.* Lib. II. cap. 34. narrat, Sophronium Pompeipoleos Paphlagoniae episcopum, cum audiuisset in synodo Seleuciana Acatii dogmata, dixisse: *si per singulos dies propriam edere fidem licuerit, veritatis integritas non diu manebit.*

c) Omnia desiderata magis, quam assidue percepta delectant. CICERO *Orat. ad Quirites.*

Cracouiam alii clam, alii aperte reliquerunt, ac e Polonia in Germaniam, Heluetiamque properarunt, *a*) et haustam a nouatoribus illic doctrinam suo cum reditu in Patria praeferuide disserminare conati sunt, nonnulli rursum Cracouiam rediuerunt, suos ingeniorum foetus, vernaculo idiomate conceptos, ibidem prelo subiecturi. *b*) — Peregrinationibus Studiosorum Vitebergam, et Tigurum inualescentibus, admodum paucos Hungaros cupido incessit, bursam Cracouiensem

a) Complurium Bursariorum Cracouiensium nomina, qui ad audiendum *Lutherum*, *Melanchthonem*; aliosque Vitebergam concesserunt, detexi in Io. Lad. Bartholomaeidis *Memoria Hungarorum in alma Vniuersitate Vitebergensi.* 8. *Pestini* 1817.

b) Vti Steph. Gálszéchy, qui eo rediuit, vt ibidem edere possit: *a' Keresztény tudományrol való rövid Könyvetske.* Vide plures in Steph. Sándor *Magyar Könyvház.* 8. Iaurini 1798. Cracouienses librorum Hungaricorum editiones.

sem ingrediendi, et in ea studiorum caussa diutius commorandi.

Quia vero haec itinera plerumque a Cracouiensibus Theologiae, vel Philosophiae *Baccalaureis*, et *Magistris* suscepta sunt, non poterant non Hungariae Praesules euigilare, et attentiores reddi, immo ad meditandum cogi, quibus viis, et modis ea impedire, et cupiditatem extra regnum studendi supprimere possent. — Renatis in Patria Literis, opera, et auctoritas Archiepiscopi Strigoniensis Nic. Olahi tandem effecit, vt non modo succrescentis in spem Patriae pubis Hungarae educatio, sed etiam iunioris Cleri institutio Religiosis ex celebri condam Societatis Iesu Ordine, in vnum Seminarium congregati, opportune concrederetur; *a*) Alum-

a) Cfr. Kazy Fran *Histor. Vniuersitat. Tyrnauien. S. I.* 4. *Tyrrau.* 1757.

Alumnis Doecesium foris haud alib
quam Romae, *a*) aut Viennae *b*) St
diorum gratia commorari indulger
tur, in alio Literario extra regnu
instituto degentibus subsidia, et v
tae alimenta praescinderentur, null
denique, nisi examinatus, et a Dio
cesano suo sacerdotio initiatus, si
testimonialibus Literis ad obeun
munia ecclesiastica admitteretur *c*). –
Non

a) Vbi Hungari diuersarum Dioecesium in C
legio Apollinari longiori tempore discipli
theologicis imbuti fuerunt. V. *Tudomány
Gyüjtemény* 1820. VI. Kötet. Pag. 46.

b) Archipraesul ibi fundationem fecit (quae p
hibente *Hof, und Staats - Schematismo
Oesterreich. Kaiserthums* II. Th. Pag.
etiamnum existit) pro octo in Vniuersitate s
diosis Hungaris, quorum nunc quisque
fisco fundationis Olahianae 40 florenos quo
nis percipit, donec Studiorum cursum
soluat.

c) Cfr. CAR. PÉTERFI *Sacra Concilia Eccl. R
Cath. in Regno Hung. Tom. II. fol. V
nae* 1742.

Non ergo bella intestina in Hungaria bursae Cracouiensis interitum accelerarunt, *a*) sed nimiae in Germaniam studentium commigrationes, quas etiam Poloniarum episcopi impedire studuerunt, animaduertentes principia religionaria Doctorum Cracouiensium palato non arridere, frustra celebri Theologo NOVICAMPIANO *b*) connitente, antiquam fidei Catholicae doctrinam tam inter Polonos, quam inter Transsiluanos intemeratam tueri, et conseruare. — Satius igitur visum est, paucis, qui adhuc Cracouiae ver-

a) Placet LACTANTII effatum: *nihil est, quod non aliquando ad interitum redigatur.*

b) Ab ALBERTO NOVICAMPIO edita est, et Ioanni Sigism. Zapolya Transylu. Principi dedicata *Apologia pro Catholica Fide, et Doctrina de Veritate Corporis Christi Iesu in Eucharistia, de caeterisque Sacramentis in Transyluania Tordae in Comitiis anno* 1557. *oblata.* 4. *Cracouiae* 1559.

versabantur, Hungaris denegare habitationem, quam sine spe Bursam ad primaeuum florem reducendi, eos beneficiis succolare. Ademta itaque Domo, Bursarii, diuendita suppellectili domestica, dispersi fuere.

Ea occasione, probabilius isthoc etiam *Regestrum* abalienatum erat, post aliquot tamen annorum interuallum per Broschivm in foro scutario inuentum, et exiguo pretio redemtum, qui illud ad Bibliothecam academicam, tamquam ex specula prospiciens vsibus aliquando posteritatis famulaturum, reponendum ratus est, vbi nunc asseruatur. — Primus in ea autographum, euolutis duobus saeculis, detexit Vir insigniter doctus Georgivs Samvel Bandtke, Bibliothecae academicae Cracouiensis Praefectus, qui nationi Hungarae gratificari volens, illud Michaeli Ti-

BO-

BOLTHIO *a*) indicauit. — Iste musarum Hungaricarum Promotori, et Moecenati beneficentissimo, *b*) Bibliothecae Regni, et Numophylacii Hungarici nunquam obliterando Fundatori, nuper ex his tenebris in prosperiorem coeli lucem translato, Excell. Domino Comiti FRANCISCO SZÉCHÉNYI *de Sárvári Felsö-Vidék* *c*) etc. etc.

---

a) Vir magnae eruditionis, et in Historia literaria Hungariae versatissimus, deque editione Catalogorum Bibliothecae *Széchényanae*, immo de ipso adparatu Librario optime meritus, nunc Ill. D. Com. *Ludouici Széchényi de Sárvári F. Vidék* etc. Iurium, et Dominiorum Director, ac complur. Comitat. Tab. iud. Assessor.

b) Pro quibus vt meritis referatur gratia, iurat
Se fore mancipium tempus in omne tuum.
Nam prius vmbrosa carituros arbore montes,
Et freta veliuolas non habitura rates.
Fluminaque in fontes cursu reditura supino
Gratia quam meriti possit abire tui.
OVID. *Lib. IV. de Ponto.*

c) Obiit Viennae die XIII. Dec. an. 1820.

etc. (cuius multis, variisque de caussis sine immodico animi dolore *a*) nunquam meminisse possum) authór, suasorque sine mora fuit, vt Manuscriptum transumi postularet. — Petito mox optatum respondisse effectum, aperte perhibent Domini Bibliothecarii Literae in haec verba: — „ Hochgebohrner Graf!" gnädig„ ster Herr! — Ich sende nun Euer „ Excellenz das Manuscript der *Bur*„ *sa Hungarorum*. — Das Ende „ habe ich zweymal abschreiben las„ sen müssen. So schlecht war das „ Original geschrieben. — *Ad* „ *marginem* habe ich mir einige „ Bemerkungen erlaubt, und die„ selben mit NB. 1819. bezeich„ net.

---

a) Strangulat inclusus dolor, atque cor aestuat intus.

Ovid. *Trist. Lib. I. Eleg.* 5.

„ net *a*) — Einen *Széchényi* ha-
„ be ich auch darin gefunden, da
„ aber *Magnificus*, oder *Nobilis b*)
„ nicht dabey ware, so glaube ich
„ nicht, dass derselbe zu Euer Ex-
„ cellenz Familie gehört habe. —
„ — — Für die *Bursa Vngarorum*
„ nehme ich aber durchaus in Gel-
„ de nichts. — Doch werde ich
„ schon dafür Euer Excellenz Gna-
„ de in Wienn in Anspruch neh-
„ men, ohne etwas unbilliges, oder
„ Hoch-

a) Easdem animaduersiones in hac editione ad notas referre visum est.

b) Huius generis compellationes praecellentiam Familiae indicant. — Nomina a locis desumta partim sunt familiarum, partim soli natalis, ex consuetudine antiquissima, vti etiam mos nomina gentilitia latine reddere, perhibentibus idipsum diplomatibus. Probabilius huius rei Authores sunt monachi, qui se etiamnum nominant e. g. Fr. Emericus N. de Buda, vel ommisso paterno nomine P. Ambrosius de Posonio. etc.

„ Hochdemselben beschwerliches zu
„ suppliciren. — Ich wage diess
„ deshalb so ausdrücklich bestimmt
„ als Bibliothekar zu schreiben, weil
„ wie Euer Excellenz wohl wissen,
„ die *Bibliothecarii laudantur ab*
„ *aliis, culpantur ab aliis.* -- -- --
„ Mit der tiefesten Hochachtung ha-
„ be ich stets die Ehre zu seyn. —
„ Euer Excellenz unterthänigster Die-
„ ner *Georg Samuel Bandtke* m. p.
„ — Krakau den 16. März 1819. —
Apographum *Bandtkeanum* Széchénivs paulo ante obitum suum ad Regni Bibliothecam, quam suo aere condidit, illocandum disposuit.

Quod nomina Bursariorum adeo corrupte scripta sint, vt sine cognitione locorum, et familiarum impossibile sit ea accommode restituere, haud existimandum est, oscitantia Scribarum euenisse. Proxime enim

Cra-

Cracouia certior factus sum, apographum Bandtkeanum cum ipso autographo ad literarum cohaerere. Codex refertus diuersarum manuum characteribus, et cum difficultate subinde legibilibus, exaratus est quarti oblongi formis, vestitusque theca lignea, corio obducta, a tineis, et vermibus arrosa. — Foliorum pars membrana est, pars vero ex charta linea constat. — Ex notationibus obseruare licet, aliquos etiam extra domum bursalem habitasse, tametsi Regestro inscripti sint, quod fortassis de opulentioribus intelligendum venit. — Hodie quoque Matriculae omnibus suffragantur, qui libertate academica perfruuntur, seu simul sub vno tecto in Conuictibus, seu dispersi in vrbe vitam agant. — Caetera, quae ad commentationem huius Regestri conferre aliquid posse videbantur, eorum gratia, qui vsum illius facere peroptant,

ptant, in paucis notulis, et in Animaduersionibus sub finem adiectis continentur. Scribebam Pestini in Museo Nationali Hungarico Die XXVI. Maii Anno Salutis MDCCCXXI.

RE-

REGESTRVM
BVRSAE CRACOVIENSIS
VNGARORVM.

Fulgido sole annum *decimum*, *et quingentesimum* a nato Christo ingrediente. Cum Sigismvndvs Dei gratia Rex Polonie, Magnus Dux Lythuanie in rabiosos Walachos, Puella ingerente, strenue pugnaret. Oratorum ab Wladislao herculeae gentis Panonie rege perbenigno missorum, opera *Oswaldi Korláthkewii, a*) et *Barnabe Belay b*), Bani perstrenui terrarum inferiorum Hungarie opulente Caduceatorum cum hoste Walachino fedus iniit, Illustrissimi Oratores post pactum fedus inter regem, ducemque Walachorum, Cracouiam sese contulerunt, macilenta eiusdem anni quadragesima ad palmarum, florumque festum persolenne vergente, Regem ipsum ab hostium ob-

a) *Korlátkeö.*

b) Fuit Banus Seuerinensis sub Wladislao II. Plura de eo in Bvdai *Magy. Orsz. Polg. Histor. való Lexicon* Tom. I. pag. 369.

obsidione rediturum expectantes, captande relationis gracia. Inter agendum egregii *Andreae Nyoycady a*), qui ab ipsis magnificis legatis haud alienus extiterat, *Bartholomei de Naadadh b*), et nobilis *Nicolai de Bodorfalwa* consiliariorum solicitis hortamentis inducti, non parum emolumenti ab eo ipso Rege SIGISMVNDO huic inclyte Burse impetrarunt. Alter enim banchos salium hos octo singulis annis incolis domus huius reddi obtinuerat, perpetue reddendos effecit. Alter vero duos *c*) eisdem octo adijci, clementia Regis ejusdem condonante, acsecutus est. De qua ea ipsa Regia condonatione *Æmericus Colocens. d*) artium liberalium Baccalaureus ejusdem tempestatis *Senior* Burse hujus Hungarorum non sine accurata sollicitudine, frequentique concursatione, a Reverendo in Christo patre domino *Mathia* Episcopo Premisliensi Vicecancellario Regni Poloniae, Litteras primilegiales *e*) appenso Regio Sigillo multijugo extorsit aditu. Congratulemini itaque vos quoque nostri successores de tanta in Hungaros studentes Regis Polonie liberalitate. — Vigilate Seniores posteri, consultate Consiliarii prudenter, vt hanc condonationem regiam au-

a) Lege *Nyuitody*.
b) Id est: *Nádasdy*.
c) Hoc est: *banchos*. Mensura, vel pondus Poloniae, Centenario aequiualens.
d) Fortassis *Kalotsay*. Pro more saeculi nomina gentilitia latine Eruditi exprimere consueuerunt.
e) Probabilius error stribentis, loco: *Priuilegiales*.

ugere contendatis, Literasque priuilegiales de
ecem banchis salium donatiuis singulis Regi-
ius neo - creatis, Regioque nouo fastigio insignitis
riore e vita secedente confirmari facere ne-
ligatis, in vestri, et omnium posterorum di-
pendium, nostrique laboris ingratitudinem:
alete felices nostri memores. Anno Domini
uingentesimo decimo. Emerico Colocense do-
tarum literarum Baccalaureo, *seniore.* Egregio
Andrea Nywythodi, Bartholomeo Naadasdy,
Nobili *Nicolao de Bodorfalwa a*) consiliariis.

„Anno Domini 1613. M. *Ioannes Broscius*
Curzelouiensis Senior Scholae SS. omnium
librum hunc in foro scutario redemit 2. gss.
Die 3. Maii" *b*)

Anno Domini *millesimo quingentesimo se-
ptimo.* Me Magistro *Benedicto de Varadino c*)
plebano de Gálznez *d*) prope Cassouiam Senio-
re huius inclitae Bursae, *Anchu de Sáros, Ma-*

A 2 *theo*

---

a) Possessio haec in Prouincia Thurocziensi sita est, et iam saeculo XVI. iuris erat Nyáriani. Vnde coniectura est, latere sub hoc nomine, aliquem de genere hodiernorum Comitum *Nyári.*

b) Modernus Bibliothecae Cracouiensis Praefectus Samvel Bandtke in margine apographi, ex quo hoc exemplar transumtum est, annotauit: hanc periodum propria *Broscii* manu scriptam esse in primo Libri folio.

c) Probabilius sub Varadino latet *Várady,* seu natiuitatis, seu familiae nomen.

d) Rectius *Gálszéts.*

theo de Kázon, *et Zenthmiclos a*) Baccalaureis, *Matheo* de dicta *Gálnez* nouiter promoto bachalario *b*) et *Nicolao de Zabor c*), consiliariis existentibus. Venit a Rege Hungarorum WLADISLAO nomine, ad Cracouiam pro coronacione fratris SIGISMVNDI predicti nostri Regis legatus quidam *Oswaldus de Korlatkow d*), vir, inquam, egregius et humanissimus, qui ad petitionem Magistri *Benedicti* prefati Senioris impetrauit a SIGISMVNDO Rege post eius coronationem habitantibus huius Bursae octo bankos Salium singulis annis pro eorum subsidio. Super qua donatione post recessum. iam dicti egregii *Oswaldi de Korlatkow*. Idem prefatus Senior cum egregio *Nicolao de Lapispatak e*) Literas priuilegiales cum sigillo pendente in pergameno a domino Vice-Cancellario Regio solerte cura exceperunt, ista tamen interiecta conditione, vt pro salute Regia, ac horum prefatorum pro hac re vigilantium diebus festiuis in Capella Hungarorum ad Sanctum Franciscum *f*) post eleuationem in Missa *Gaude Dei genitrix*

---

a) Erat Siculus e Sede Csik, *Kászonyi de Szent-Miklos* vero nomine dicendus.

b) A loco originis dictus *Gálszéts*.

c) Proprie *Záborszky* de *Zabor*, gentilitia possione.

d) Tatensis, et Comaromiensis Capitaneus, et eiusdem Comitatus Supremus Comes.

e) Id est: *Lapispataky de eadem* in Sarosiensi Comitatu.

f) Ex hoc patet Hungaris proprium fuisse Sacellum, in quo Bursarii Sacra fecerunt.

trix etc. per dominos Hungaros cantetur. Iste autem labor vt est minimus, ita est et pro eorum salute maxime vtilitatis. Littere autem priuilegiales ille post mortem cuiuslibet Regis (si diligentia vera affuerit) nouus Rex affirmabit. Et notarius, si relinquere nollet, non plus quam triginta grossos accipere permittitur. Quare domine Senior, consiliarii, et ceteri inhabitatores huius domus, viri praestantissimi, quod nunquam hactenus fuit, et quod difficulter ordinauimus, nolite surda aure preterire. Nam spero (si diligentiam adhibuerimus) posse deinceps per aliquos legatos, et oratores hungarorum hanc donationem nedum perpetuari, verum et augmentari. Vt vestra perpetua et bona memoria permaneat in euum.

Registrvm alme domus Bursae Vngarorum continens nomina Venerabilium Magistrorum Bacclariorum, atque Studentium ipsi domui incorporatorum penes Inclitissimam Vniuersitatem Cracouiensem in artibus liberalibus promotorum anno Domini *Millesimo quadringentesimo nonagesimo tertio* tempore rectoratus Venerabilis, et Egregii Magistri *Iohannis de Sthanischevincze* professoris sacre Theologie Canonici Sancti Floriani, senioratusque domus prescripte arcium liberalium Magistri *Michaelis de Varadino commutacione hyemali* factum:

Pau-

Paulus Bacclarius de Miscolch *a*).
Franciscus Bacclarius de Pesth.
Thomas Bacclarius Apatinus *b*).
Emericus Bacclarius de Isep.
Ioannes Presbyter de Keres.
Bartholomeus Baccalarius de Nayssa.
Emericus Gerwchen.
Franciscus de Lippa.
Ignatius de Balogh.
Antonius de Keleser.
Barrabas de Lippa.

Anno 1493 *commutatione estiuali* *c*).

Simon Baskay.
Georgius de Lapospatak.
Georgius de Pasdich.
Blasius de Chepe.
Michael de Pesth.
Franciscus de N. *d*)
Ioannes de Chalmanczeh *e*).
Valentinus de Dees..
Franciscus Czontos.
Blasius de Pathak.
Ioannes Zondi.

Io-

---

a) Nomina Bursariorum ab oppidis, et ciuitatibu liberis, aut priuilegiatis accepta, non censentu pro gentilitiis habenda.
b) De hoc constat fuisse Jászapátino oriundun
c) Sub *commutatione* intelligendus est Cursu Studiorum, qui singulo semestri etiamnum mu tari solet.
d) Nomen sub litera N. diuinandum est.
e) Fortasse *Kalmancseh*.

Iosephus de Harsán.
Ioannes Mulchay.
Michael de Zond.
Andreas de Erdewdh.
Ioannes de Gyula.
Matheus de Nagy-Keres.
Ioannes de Lachháza.
Blasius de Kemes.
Stephanus de Keehyd.
Paulus Nagyuthi *a*)
Mathias de Agria *Magister*.
Nicolaus de Zikzo.
Gregorius de Zathmar.
Ioannes de Futak.
Paulus de Torda.
Michael Zalay.
Petrus de Nagoch *b*).
Martinus de Zeithgyergy *c*).
Ioannes de Riuulo Dominarum *d*).
Ioannes de Zentpeter.
Gregorius de Gyenges, *e*).
Benedictus de Saiozenthpeter *f*).

Ste-

a) De *Nagyut* Possessione in Comit. Hevessiensi.
b) Possessio Zichiorum in Comitatu Simeghiensi.
c) Indubie intelligendus quidam *Szentgyörgyi*.
d) Hodie L. R. Ciuitas *Nagybánya*.
e) Id est: ex Oppido *Gyöngyös;* vel latet aliquis *Gyöngyösy de Eadem*. Ipsum enim Oppidum hodiedum complures numerat compossessores.
f) Huius nominis complura loca indicat VALY in *Magy. Orsz. Le-irás*. Pag. 391. Tom. III.

Stephanus de Geench *a*).
Thobias de Lippa.
Benedictus Agzamyth.
Albertus Siculus *b*) de Nagylak.
Valentinus de Várfalva *c*).
Petrus de Atya.
Stephanus Zegedinus *d*).
Benedictus de Geench.
Matheus de Kewesd *e*).
Franciscus de Naznanfalva *f*).
Thomas de Tharkan *g*)
Martinus de Abrudbán *h*).
Caspar de Chahol *i*).
Ioannes de Strigonio.
Thomas de Temesvár.

Ioan-

---

a) Nobilis familia *Gencsiorum de Eadem* in Comitatibus Szathmár, et Szabolcs hodie residet.
b) Alias *Székel* ex Comitatu Albensi Transiluaniae.
c) Videntur esse nomen proprium *Várfalvay*. In Hungaria enim locus Várfalva non existit.
d) Huius nominis complures memorantur in hoc Regestro, vti etiam de Buda, de Strigonio, de Agria, de Cassouia, de Temesvár, etc. Vnde, nisi certi adsint fontes, gentilitia nomina definire, arduum est.
e) *Kövesdy* de Nagy, vel Kis-Kövesd apud Zemplinienses.
f) Locus in geographia Hungariae ignotus.
g) Intelligendus est *Tarkonyi de Tarkany*.
h) Transiluanus a natiuitatis loco appellationem deriuans.
i) Transiluanus ex Comitatu Szolnok Inter. Huius familia prae primis sub *Gabriele Báthorio* floruit.

Ioannes de Zeghedino.
Michael de Torda.
Nicolaus de Karánsebes.
Martinus de Zeghedino.
Franciscus Baccalarius de Dengelegh.
Petrus Prebsyter de Zeghedino.
Benedictus de Leghenie *a*).
Stephanus de Zathmarneti *b*).
Franciscus d'Termis superioribus Budensibus *c*).
Benedictus de Zeden *d*).
Thomas de Quinque-Ecclesiis.
Petrus de Zathmár.
Paulus de Thamas *e*).
Michael de Daro *f*).
Stephanus de Bayna.
Ioannes de Pathak.
Thobias de Zathmár.

Nico-

---

a) Lege: *Legenye* in Comitatu Zempliniensi.
b) Intellige: Ciuitatem L. regiamque *Szathmár-Nemethum*.
c) Suburbium, quod hodie supra thermas Caesareas situm est, Budenses *Neustift* vocant: apud Historicos sub nomine *Felhö-Viz* cognitum, in Diplomatibus saepenumero appellatur *Termae superiores*.
d) *Zeden* locus non existit, probabilius *Szeben* rescribendum est.
e) Huius nominis possessiones, a quibus *Tamásy* familiae cognominantur, complures in Vály *Magyar Orsz. Leirása*. Tom. III. Pag. 454. describuntur.
f) Nec Familia, nec Locus cognitus.

Nicolaus de Magh *a*).
Michael de Chak *b*).
Blasius de Posegavár.
Matheus de Transiluaniensibus *c*)
Petrus de Forro *d*).
Ioannes *Baccalarius* de Deva.
Franciscus Martini de Zeghedino.
Barnabas de Zeghedino.
Nicolaus de Sewdes.
Stephanus de Varadino *Magister*.
Lucas de Nagkasta.
Blasius de Thamásy.
Georgius de Domleo.
Ambrosius de Mezeksesd.
Ioannes de Futhakt.
Florianus de Karachond.
Petrus de Zelmench *e*).
Blasius de Horkha.
Demetrius de Thold.
Ladislaus de Varadino.
Michael de Temesvár.
Ioannes de Thorda.
Marcus de Thorda.
Michael de Machofalva *f*).

Bar-

---

a) Forte Transiluanus ex Comitatu Albensi inferiori.

b) Fuit Canonicus Alba-Iuliensis. Vide Bvdai *M. Histor. Lexicon*. Tom. I. Pag. 493.

c) Id est: *Erdélyi*.

d) Nobilis ex Comitatu Albensi Infer. Transiluaniae.

e) Fortassis: *Selmetz*.

f) Mácsafalvay de Mácsa.

Bartholomaeus de Polyay *Baccalarius* *a*).
Vrbanus de Zegedino.
Ioannes de Zonth *b*).
Elias de Som *c*).
Ioannes de Thytel *d*).
Ambrosius de Gyula.
Petrus de Thwur *e*).
Benedictus de Buza.
Valentinianus *Sacerdos* de Bodolo *f*).
Tiburcius de Illye *g*).
Georgius de Haragláb *h*).
Valentinianus de Czeczled *i*) *Baccalarius*.
Martinus de Zelei.
Augustinus Transiluanus *Baccalarius*.
Osualdus de Dees.

An-

---

a) *De eadem Polya*, possessione Comitatus Szaladiensis, olim pertinente ad familiam nobilem non obscuri nominis *Polyay*.

b) Sub *Zond*, *Zondi*, *Zonth*, vna eademque comprehenditur familia, perhibentibus diplomatibus, quae cum exitu saeculi XVI. expirauit. Bvdai *Magy. Orsz. historiabéli Lexic.* Tom. III. Pag. 362.

c) Erat filius *Iósa de Som* sub finem saec. XVI. sub Wladislao II. Comitis Temessiensis, de quo Miller *Comit. Bihorien.* Pag. 17.

d) Hodie *Titul* Oppidum militare Nautarum confiniariorum in Comitatu Bachiensi.

e) Isthoc Regestrum plures memorat, diuersa scribendi ratione, *Thurios*, e Transiluania oriundos.

f) Probabilius Loci Parochus apud Abauiuarienses.

g) Vero nomine *Illyei*.

h) Possessionis in Comitatu de Küküllö nomen.

i) Rectius *Czeglédy*.

Andreas de Dewa.
Sebastianus de Varasdino.
Gregorius de Barothár.
Andreas de Ungwar.
Michael de Erdod.
Paulus *Prebyter* de Gyeorgiang *a*).
Georgius de Garra *b*).
Martinus de Bachja.
Georgius de Thorna.
Matthias de Bachya.
Nicolaus de Munkách.
Mathias de Zentgyergwára *c*).
Elias de Haghmás *d*).
Lucas Croatus.
Blasius de Dobrona.
Mathias Kys-Zondi *Presbyter*.
Andreas Dehela.
Ioannes de Thorda.
Ioannes de Somwa.
Gregorius de Gywla.
Gregorius de Pesth.
Andreas de Alla.
Philippus de Pesth *Magister*.
Georgius de Themesvár.
Augustinus de Alba.

Geor-

---

a) *Paulus Gregorianczius*, natione Croata euasit episcopus Iaurinensis, et Scriptor. Horányi *Memor. Hungaror.* Tom. III. Pag. 41.

b) Siue *Garray*.

c) *Szent-Györgyvára*.

d) Ex Comitatu Tordensi oriunda *Hagymásiorum*, tam in Hungaria, quam in Transiluania, familia publicis muniis se distinguit.

Georgius de Zeghedino.
Ladislaus de Temesvár.
Franciscus de Bodoghaazzonvalva *a*).
Clemens de Bathallymysenth *b*).
Ioannes de Bodogazzonfalva.
Franciscus de Nechke.
Benedictus de Both.
Georgius de Racha, et d'Kanoth.
Petrus de Zathmárbánya.
Ladislaus de Varadino.
Georgius de Ozd *Presbyter.*
Matheus de Thwz.
Dominicus Pystarchay *c*) 1494.
Ioannes de Sabaria *d*).
Chilianus de Torda.
Paulus Riwling *e*).
Gregorius de Soklyos *f*)
Gregorius de Dees.
Clemens de Dees.
Franciscus *Baccalarius* de Ibefalva.
Emericus de Seeredahel *g*).
Andreas de Sitzo *h*)
Petrus de Vancitz. *Baccalarius.*

Ni-

---

a) *Boldogaszonyfalva* complurium familiarum in Transiluania axioma.
b) Verius *Bathal de Mind-Szent.*
c) Recte *Kis-Tarchay.*
d) Probabilius *Szombathelyi.*
e) Alias *Riwlinus* apud Scriptores audit.
f) Rectius *Siklos.*
g) Id est: *Szerdahely.*
h) Probabilius *Szikszo.*

Nicolaus de Zikzo.
Nicolaus de Dobrona.
Caspar de Liptouia.
Iohannes de Lewchouia *a*).
Iohannes de Debrechen.
Lucas de Enyeth.
Dionisius de Megyies *Baccalarius*.
Thomas de Almás.
Michael de Aranyas.
Georgius de Kezihoth *b*).
Andreas de Thery.
Philippus de Vacia.
Gregorius de Segesd.
Franciscus de Pesth.
Georgius de Varadino petri.
Dominicus de Pesth.
Valentinus de superioribus termis Buden.
Demetrius de Seerges.
Thomas de Zalaháza *Baccalarius* *c*).
Lucas de Zegedino.
Paulus de Bathor, *Baccalarius*.
Bartholomeus de Wlatz *d*)
Michael de Zemlin.

Ni-

---

a) Intelligitur hoc natalis loci nomine *Henkelius*, quem Korabinszkius in *Geograph. von Hungarn* Pag. 371. Rectoribus Scholae Leutschouiensis accenset.

b) Verius *Kesziholcz*.

c) Wallaszkius in *Consp. Reip. Literar. Hung.* Pag. 164. refert hunc inter Philologos Saeculi XVI.

d) Rectius *Wlacsa*.

Nicolaus de Varchon *a*).
Michael de Thorda.
Mathias de Sowár *b*) *Canonicus.*
Ioannes de Alpár.
Petrus de Debrechen *c*) *Baccalarius.*
Petrus de Béltewk.
Franciscus de Petenyeháza *d*).
Ladislaus de Balnaka *Baccalarius.*
Stephanus de Bagomér *Baccalarius.*
Stephanus de Czezlédh *e*).
Stephanus de Pesth.
Gaspar de Themeswár.
Gallus de Strigonio.
Matthias Bernhard de Epperies.
Michael Pewkry *Canonicus.*
Mathias de Kamorás *Baccalarius.*
Martinus de Pétery.
Eranciscus de Pesth.
Michael de Zentgál.
Franciscus de Pesth.
Thomas de Báthor.
Franciscus de Carazno *Baccalarius.*
Thomas de Galambfalva.

Pe-

---

a) Legendum *Várgony.*
b) Adde : *Sóss.*
c) Cracouia Wittenbergam profectus ann. 1559. et teste Lampeo *Hist. reform. Hung.* Pag. 293. articulos Barouienses an. 1576. subscripsit.
d) Axioma familiae *Petényi.*
e) Cum defectu a Sacris Catholicorum ad Hel. Confessioni addictos transiit, et anno 1567. Senior creatus est.

Petrus de Keretzekh *a*).
Emericus de Kalonda.
Gabriel de Pázthoh.
Demetrius Chath.
Andreas de Wlakh.
Iohannes de Zikzo *b*).
Michael de Gwla.
Georgius de Keresvdwarhel *c*).
Egidius de Temeshwar.
Thomas de Patha.
Georgius de Baghdan.
Anthonius de Paztho.
Lucas de Dees.
Laurentius de Pesth.
Gregorius de Dena *d*).
Clemens de Nyze.
Martinus de Roskoan *e*).
Lucas de Gwrth.
Stanislaus de Transsiluania.

Bla-

a) Non est confundendus cum axiomate Csakiorum de Keresztszegh, sed est nomen proprium hodiedum in Transiluania existentis familiae *Keresztszeghy*.

b) Alias *Szikszay*, qui anno 1537. adhuc Wittenbergae commorabatur.

c) Iste iam adultus an. 1545. Wittenbergam concessit, et apud Bartholomaeides *Memor. Viteberg.* Pag. 86. duntaxat *Vduarhelyinus* nominatur.

d) Bandtke putat legendum: *Déva.*

e) Id est: *Roskoványi de Eadem.* Memoratur in Bvdai *Magy. historiabéli Lexic.* Tom. II. Pag. 210.

Blasius de Kereszthwr.
Paulus de Sepsy.
Ioannes de Transiluania *a*).
Emericus de Meera.
Matheus de Viuár, *vel* noua ciuitate.
Thomas de Kyswarda.
Laurentius de Leeb.
Mathaus de Fylpews.
Michael de Nagyanarch *b*).
Thomas de Debreczen.
Leonardus de Koloswár.
Benedictus de Waradino.
Ambrosius de Thwrkewy.
Petrus de Saswár.
Mathias de Chepe.
Michael de Roycha.
Demetrius de Agria.
Ambrosius *Baccalarius* de Alachka.
Nicolaus *Baccalarius* de Nyék.
Petrus de Ladan.
Andreas de Vári.
Petrus de Bodronia.
Colomanus de Chegewd.
Ioannes de Tchemer *c*).

Bar-

a) Vero nomine *Kolosváry*, qui ex Abbate Kolosmonostoriensi Episcopus Csanadiensis in Concilio Tridentino perorauit. Bvdai *Lexic.* Tom. I. Pag. 597. Tom. II. pag. 478.
b) Lege: *Nagy de Anarts.*
c) Forte *Záy de Csemör.*

Bartholomeus de Warkon *a*).
Gregorius de Chergew.
Paulus *Baccalarius* de Panith.
Ioannes de Strigonio.
Georgius de Strigonio.
Martinus de Hwsth.
Michael de Pathak.
Ioannes *Baccalarius* de Buda.
Franciscus de Vaya *b*).
Blasius de Zakmár.
Ladislaus de Nagyhazár.
Melchior Czaslocz. *Magister factus* 1508.
Ioannes de Bengyes.
Ioannes de Swynak.
Valentinus de Felwentz.
Andreas de Syntha.
Thomas de Swczek.
Sixtus de Tamásfalva.
Emericus de Colocia.
Nicolaus de Madaras.
Valentinus de Sykso *c*).
Ladislaus de Sacol.
Matthias de Galsétz.
Georgius de Budaháza *d*).
Georgius de Matusna.

Ma-

---

a) An non *Amade de Wárkony*?
b) Intellige *Vay de Vaja*.
c) Hunc WALLASZKIVS in *Consp. reip. literar. in Hung*. Pag 155. Theologis Hel. Conf. adnumerat.
d) Erat frater *Stephani Budaházy*, arcis Agriensis Capitanei.

Matheus de Senthmiclos.
Andreas de Sáros.
Gregorius de Zeged *a*).
Michael de Simigio.
Bartholomaeus de Baronya *b*).
Mathias de Zagrabia.
Mathias de Farchal.
Stanislaus *Baccalarius* de Iropoli *c*). 1504.
Mathias de Losonch.
Mathias de Pesth.
Franciscus de Pesth.
Benedictus de Buda.
Dominicus de Karansebes.
Wolfgangus de Cassouia.
Lachus *d*) de Debrecen.
Ambrosius de Debrecen.
Georgius de Tarnoch.
Ioannes de Buda.
Stephanus de Myskolch.
Emericus de Konáthfalva *Baccalarius*.
Emericus de Sáros.
Iohannes *Baccalarius* de Pesth.

 Gre-

a) Cracouia Wittembergam se contulit an. 1552. inde redux, teste LAMPEIO *Hist. reform. Hung.* Pag. 658. Pastor Sáruariensis, et Superintendens trans Danubium creatus est.

b) Filius Bernhardi Camerae Praesidis sub Ferdinando I.

c) Fortasse *Istropoli*.

d) Probabilius *Lucas*.

Gregorius de Thwr. *a*).
Sigismundus de Buda.
Damianus de Tornaljalya *b*).
Thoma de Chyoma *c*).
Franciscus Zenyesy de Hecheny.
Nicolaus de Gabor.
Nicolaus de Lele.
Iohannes de Vath.
Iohannes de Strigonio.
Franciscus Sartorius de Varadino
Iohannes Mohoray de Zayol.
Balthasar de Bodh.
Lachus Lwanti de Békes.
Egregius Dominus Iohannes de Korlátkew *d*).
Benedictus Aphart de Laabads *e*), *Baccalarius Viennensis.*
Iohannes de Cwz *f*).
Petrus Oláh de Kerezthwth *g*).
Nicolaus de Sabaria.

Ni-

---

a) Proprio nomine *Thuri* dictus, quem WALLASZKIVS *Consp. reip. liter. Hung.* pag. 170. inter Philologos locat.

b) Rectius *Tornyalay.*

c) Lege: *Csoma.*

Anno itaque Domini *Millesimo quingentesimo primo*, mense Septembri, cum numerus nostratium Studiosorum, propter bella intestina, aliaque disturbia regni nostri, ita esset attenuatus, vt non amplius quam quatuor Contubernium incoleremus, utpote *Christophorus Beyey*, *Ioannes Riuulinus*, *Franciscus Bayanházi*, *Gregorius Wyzkelethy*, Regiaque Maiestas huius Regni, ob innatam suam clementiam nobis semper faventissimus, ad debellandos Moscovitas in Lythuaniam esset profectus, qui hactenus sua presentia cum Dominorum collegiatorum, quo minus Contubernio nos privare pos-

possent, prohibuerat, nam decem ferme anni, vel amplius, erant elapsi (ut ab aliis accepimus) ex quo id efficere moliebantur, arbitrantes commodissimam occasionem eiiciendi esse oblatam. Videbant enim nos omni humano auxilio esse destitutos, atque perspexerant, nos ad quem querelam deferre possemus, habere neminem, egerunt itaque iuxta animi sui sententiam, nosque Contubernio penitus privaverunt, ac illius quod iam inde a multis annis inhiabant, compotes facti sunt. Proinde ne quis nobis amissionem Contubernii imputet, ratione posteritatis habita, per incuriam, negligentiamque amisissemus. Nam in quantum paucitas; aetasque nostra pertulit, (eramus enim omnes adolescentes) sane dedimus operam, laboravimusque sedulo, si qua ratione posteris servare, ac tradere potuissemus. Non enim ullae minae incarcerationem terrebant, et si hac re potissimum urgebamur, tum labores, non odia, non verba ignominiosa, quae sane multa pertulimus, nisi violentia accesisset, eaque tanta, ut haud scio, an quisquam nostratium, ex quo nostrates incoluerunt, tantas calamitates pro illa domo pertulerit. Idque potissimum, quoniam a quodam Legato, a Proceribus Hungarorum ad Regiam Maiestatem huius regni misso (eo enim tempore Serenissimus Rex Ioannes Regni nostri vitam cum morte mutaverat, ob idque Interregnum erat) literas supplicatorias, ut vocant, pro impetrando Contubernio miseramus, qui a S. Regia Maiestate redeundo

ad

ad nos, R. Domino Episcopo, tunc vicem Regiae Maiestatis agenti, literas mandatorias tulerat, ut causam nostram cognosceret, ac iustitia nobis ex parte Contubernii administraretur. Sed causam nobis agentibus, cum nulla privilegia, nulla subsidia essent, quibus Contubernium nobis iure vendicare possemus, facile convicti sumus, non alia ratione maioribus nostris Contubernium se tradidisse (solet enim in his potissimum causis evenire, ubi omnes partes soli agunt, sunt Iudices, actores, et rei) quam ut rursus quando libitum fuerit, liceat repetere, dicebant enim facile in Statutis Universitatis pretium, quo Contubernium illud a Patribus olim erat emptum, se posse ostendere, atque proferre, et si tum non potuerunt. Nihilominus non ea ratione nos e contubernio illo eiecisse, ut poenitus eo privaremur, se asserebant, sed ut exactis 12. annis, ac interim restaurantes undique ruinam minantem (quod verum erat) rursum si quidem numerus nostratium Studiosorum adaugeretur, restituerent. Itaque R. D. Episcopus nec contra, nec pro nostra parte vllam tulit sententiam. Sed omnem causam in reditum R. Maiestatis reiecit, ut interim liceat vel privilegia aliunde expiscari (quae extitisse olim multi affirmant) vel testes acquirere tales, qui certo a maioribus nostris Contubernium illud nobis, ut praecio emptum, aut aliqua ratione datum, vel donatum affirmare possint. Sed quoniam nihil horum adepti sumus, neque Regiam Maiestatem, nostra presen-

sentia reverti contigit, agite successores optimi, cum pro vestro tum posterorum emolumento, accedite Regiam Maiestatem qui tanta est clementia, pietate, ac benevolentia erga studiosos Scholasticos nostrae gentis, utpote qui semper commodare incolis regni nostri se fateatur, litteris illis, quibus etiam re ipsa donans quotannis in subsidium nostrorum studiorum *decem bancos*, ut vocant, *salis*, qualem animum erga nos habeat, declaravit, ut non dubitem, vobis Contubernium nostrum rursum restitui. Si non alia ratione sed saltem longa praescriptione nimirum, qui ab annis ferme quinquaginta incoluerimus, accedit ad haec (vt diximus) quod in absentia Regiae Maiestatis eo contubernio nos privaverant. Res autem Communitatis, quae ad manus nostras pervenerant, quoniam nemo erat, qui ad reservandum recipere in domum suam vellet, praeterquam quod Domini collegiati *a*) obviis ulnis suscipere velle videbantur, nam et edicto caverant, ne quaequam alio ferantur, verum nobis id consultum non erat, proinde, ut et fidei nostrae promissae satisfaceremus, et posteris integre retinere possemus, quae erant meliores, atque usui magis competenciores, inclusas in uno vase praeter mensas et scrinia, commisimus, fidei R. D. *Antonini* Do-

a) Bandtkevs in margine ait, quod hoc loco, alia manu, atque, vt videtur, eadem, quae est Nicolai Thelegdini 1557. seqq. inserta sint haec verba: *mentitus est, plura dicens, et recuperata sunt nobis vtensilia.*

Doctoris Medicinae solertissimi, nostraeque gentis benevolentissimi, ut absque ulla controversia, apud eum tanquam propria accipere possetis, ubicunque locorum fueritis, etiam extra contubernium nostrum, siquidem adipisci non possetis, ea tamen lege, si numerus vestrorum excedat octonarium, praeterea, si esset animus symbolam conferendi, seu bursalia, vt vocant, componendi. Vos vero successores optimi, diligentiam eam in conseruando adhibeatis, ut ea, quae nos labore haud exiguo conservavimus, amplietis, atque posteris tradere studeatis. Caeterum Cathalogus rerum in vase continentium haec est:

Olla aenea una.
Trexoria duo.
Scutellae stanneae octo.
Cantari stannei duo.
Salina una stannea.
Mortarium aeneum cum pistillo
Teca orbicularia.
Scutellae ligneae duae.
Securis una
Mappa, sive mensale, una
Mantilia duo satis vilia
Liber priorum Aristotelis
Dialectica Petri Hispani
Grammatica Petri Heliae
Liber Bibliorum.
Liber de anima.
Corbanum absque ducatis

Se-

Serae duae
Liber Statutorum.
Privilegium donati Salis.
Extra vas ibidem
Tabula magna geographica.
Teca Lavatory.
Mensa.

Anno Domini 1557. *die* 17. *Mensis Octobris* Ego *Nicolaus Thelegdinus* a) Artium lib. Baccalarius, Domusque Bursae novae *Senior*, caeterique fratres Hungari, litteris in hac alma Achademia operam navantes, eiusdemque bursae incolae res superius nominatas, ex communi consensu in vsum nostrum recepimus ab uxore eiusdem Domini Antonini Doctoris vidua b) sine omni defectu, prout in literis, quas illi pro sua expeditione tradidimus, fassi sumus, quarum quidem literarum exemplum ex versis aliquot foliis videbis.

Quietantia in anno 1538.

Nos Senior simul, et ceteri consiliarii contubernii Ungarorum contestamur per nostras litteras ad quatuor tempora anni iuxta Donatio-

---

a) Bandtkevs obseruauit manu Thelegdini adnotata de Devaio, Kalmanchehi, et aliis, per nos suo loco in notulis recitata, in margine scripta esse.

b) Si *Antoninus* viduam reliquit, non puto, prouti praetenditur, illum fuisse Sacerdotio initiatum.

tionem Inclitissimi pariter et invictissimi principis et Domini Domini Sigismundi eius nominis Dei gratia primi Regis Poloniae semper augusti etc. Domini nostri gratiosissimi a clarissimis administratoribus, et camerariis fodinae salis in Viliczke tres bancos salis accepisse; super quibus praedictos Officiales et camerarios quittamus, et expeditos reddimus, harum nostrarum literarum testimonio 1538. et sigillo nostrorum munitarum.

Datum Cracoviae ex contubernio Vngarorum sub sigillo Senioris.

Cum utile esse perspeximus ea scire, quae singulis annis in hoc contubernio nostro accidere solent, oportunum duximus ea paucis annotare, quae nostro tempore acta sunt, ut scilicet, si quando res ita tulerit, facilius fiat, cognitis preteritis, futura mala vitare.

In anno Domini Millesimo quingentesimo octavo *Seniore Mathia de Tohemer*, *Consiliariis Francisco Pankotai*, *Blasio de Erk*, *Nicolao Gezlei*, *Francisco Mohino*, *a*) et aliis studentibus, videlicet Domino *Francisco Werbecio*, qui fratris virtutem sequi volens pro utilitate communi et pro conservatione huius Domus laborem subire nusquam recusavit, item *Andrea Kereperei*, *Ioanne Grubigii*, *Franci-*

sco

---

a) Hunc an. 1543. Augustanam Confessionem amplexum esse, constat ex Ribinii *Memorab. Aug. Conf. in Hung*. Tom. I. Pag. 203.

sco Kidy, *Sebastiano de Seersz*, et aliis optimis quoque viris in hac bursa habitantibus, quorum nomina in Senioratu eorum in hunc librum inscripta sunt, Collegiati Universitatis huius compulsi, quod per ista disturbia nostrae Patriae pauci Studiosi hanc domum incolerent, nos hac ipsa domo privare statuerant, quae res cum die, fere in tota aestate coram clementissimo rege SIGISMVNDO dubia, cui cederet, versarctur, item collegiati ultra eandem libertatem perpetuo nobis inhabitandi datam affirmantes precario hoc a nobis exigerent, ut ad edificationem eiusdem Domus a magnatibus nostrae Patriae auxilium rogare tentaremus, et quoniam non iniustum nobis videbatur, effecimus, misimusque Fratrem nostrum *Franciscum Mochinum* cum supplicatoriis Literis ad Regem nostrum clementissimum *a*), et alios Principes, in quibus summa spes erat. Sed reditum illius Senior expectare non potuit, quoniam avocatus in Patriam, si aliquid tulit, credo, ut successor effecit; quod se dignum fuit, potissimum cum omnes communitatis commilitiones probi, ac unanimes fuerint.

Anno Domini *Millesimo quingentesimo vigesimo primo* Dominus Senior Bursae Hungarorum *Sayozenthpeter* cum suis consiliariis *Michaele de Erdewdh*, *Thoma Hacmasi*, *Gregorio Chopay*, et *Mathia de Gornath* ex fisco com-

---

a) Abiit quidem Cracouia, sed amplius non rediuit. Mutato animo, in Germania adhaesit.

communitatis ad vtilitatem et vberiorem augmentationem rei publicae emit Cantarum unum plumbeum grossis quadraginta quatuor.

Anno Domini *Millesimo quingentesimo vigesimo quarto Georgius Carantinus* Baccalaureus, Seniorque huius domus vigilantissimus, tertio die Octobris, qui est dies egressionis suae in Patriam, donavit Communitatem vno Libro *Commentaria Caesaris* vocato. Cuius valor estimatur grossis 15. quibus transilvanum vinum communitati, ut emeretur, consiliarios admonuit, cuius rei essentia diligentissime exsecuta est.

Eodem tempore cum hortati fuerimus per Provisorem huius temporis nomine *Sadek*, ut praesentes in fratres nostros in contubernium nostrum admitteremus, fecimus, et contra statuta nostra intromisimus, tres ex fratribus nostris, qui in civitate mensam habebant, tamen ad hoc nec provisor nec rector coegit, sed est voluntas eorum, qui *bursalia a*) deponunt, utrum intromittant eos, qui bursalia non deponunt.

Anno Domini *Millesimo quingentesimo vicesimo octavo Laurentius de Nagyhalaz* Senior domus huius dominorum Hungarorum cum suis consiliariis *Vincentio Banfi de Pachyr*, *Georgio de Wylak*, *Stefano de Galzery*, *Ioanne Varadino*

---

a) *Bursalia* erant certae Taxae incorporationis, quas numerare oportuit, vt quis *Bursarius* dicatur, et beneficiis *Bursae* frui possit.

dino donavit domum hanc una cysta ea lege, ut, ne venderetur, verum ut servetur usui dominorum Seniorum.

In anno 1538. ulmus maxima hyemali commutatione in Curia radicitus extirpata est per ventum propter copiam nivium, cuius loco pomum duorum cubitorum altitudinis plantavimus: quare videte successores optimi, me vestrum officium secutum.

Anno Domini *Millesimo quingentesimo octavo M. Nicolao Baccalaureo de Surlo Seniore* inclitae Bursae Dominorum hungarorum *Benedicto Baccalaureo de Buda, Thoma Swczekh, Valentino de Felwentz* consiliariis existentibus, quum in urbe, et opulentissima civitate Craco-viensi summa pestilentiae vis increbuisset, et aeris intemperies presentem minaretur perniciem frustrati sumus omni ope studii. Numerus noster valde attenuatus est, et admodum pauci remansimus, qui pro conservacione vitae, quae cuique chara esse debet, maturo tempore mirum in modum quilibet exire properabat, et communitatis optimum statum, et utilitatem augere potuissemus maximam semper adhibuimus diligentiam, et omni studio, industria, et animi solertia conati sumus, ut sic decus burse ampliaremus. Magna cura hac tempestate turbulenta conseruandarum rerum communitatis nos vexabat, multorum et doctorum, et aliorum virornm clarissimorum consilia capiebamus, quo saltem in subordinandis communitatis negotiis medium aliquod optimum inveniremus, ut no-

 stris

stris posteris respondere valeremus. Quocirca nihil improvisum, nihil inopinatum, nihil denique non studiosissime meditatum fecimus, ut discrimen, quod forte rebus predicte communitatis in futurum provenire posset, diligentissime, quantum nostra imbecillitas potuit, consideravimus, presentibus igitur iisdem consiliariis, ac generoso, et egregio *Toldi*, et *Gregorio de Keph nobili* ad manus clarissimi, et integerrimi viri *Casparber*, et civis Cracoviensis nonnulla Bona communitatis sub spe futurae restitutionis resignavimus, videlicet litteras privilegiales cum sigillo pendente in pargameno, impetratas a SIGISMVNDO rege per *wswaldum Korlatkewi* summe sapientie virum egregium ad sales donativos, quosdam pro subsidio burse quottannis octo, sex scutellas plumbeas maiores tres, minores quoque tres, mensalia duo, manutergia tria, scutellas ligneas septem, horologium, candelabrum cupreum, Statutum simul cum libello matricali, pixide cum Sigillo uno, cultellos duos vulgo *wagokes* cum cocleari uno ferreo, sub hac tamen lege, et conditione observata, ut dum et cum contigerit post istam aeris intemperiem Dominos hungaros noviter advenire, ita, quod possint Bursam poscere, tamquam propria eis reddantur, non tamen, si erunt octo aut decem, sed ad minus si fuerint duodecim, preterea si contingenter eveniret, quod Deus avertat, ut Bursa tum jam predicta a Dominis Hungaris alienaretur, ubicunque communiter fuerint, nulla ratione ab eis, ista

ea-

eadem bona aut per Dominos collegiatos, aut per aliquos alios alienari queant, et prohibere, ne aliquando discordia in hac parte consurgat, ut plerumque evenire solet. Vos autem qui rebus communitatis Burse probe administrandi quicunque sitis, precise non modo omnium adhibeatis diligentiam, sed etiam efficiatis, totoque pectore, ut cunctis viribus elaboravimus, utque nos calamitate temporum non parvo, imo magno labore retinuimus, vos communiter amplietis, ista autem Bona iam memorata inclusa sunt in cistella una munita seris duabus, in festo divisionis Apostolorum ut supra *a*).

Anno Domini 1505. in estate obiit Regina Poloniae, Mater Serenissimi principis WLADISLAI Regis Hungariae, Seniorem Dominorum Hungarorum agente me *Benedicto foris de Varadino* arcium Baccalaureo, ac plebano de Balzeeg Egregii *Ioannis Tarchay*.

Alia autem bona ad bursam pertinentia deposuimus ad unam habitationem interiorem Mensas quatuor, lavatorium magnum Ligneum, eneam ollam, quod alii sartaginem vocant, veru ferreum, scampna quatuor, pulpitum, scutellas duas ligneas, ancoram, vulgo was matshka, etc.

Anno Domini 1513. pro communi domus vsu emptae sunt tres patinae ad reseruanda utensilia uno floreno seu aureo *Magistro Ven-*

---

a) Nota BANDTKEI in margine habet: *in autographo hic iterum incipit charta membranacea, eaque vltima.*

ceslao Hirszpergensi tunc temporis *Seniore*, et baccalaureo *Ioanne Budensi*, baccalaureo *Martino de Zegedino*, *Ioanne de Ezen*, *Gregorio de Soeloszch* *a*) consiliariis.

Item eodem anno idem Senior, et consiliarii emerunt pro communi usu quattuor mappas, seu mensalia, et duo mantilia.

Anno Domini *Millesimo quingentesimo Decimo octavo.* Ego *Demetrius de Soklyos* artium liberalium Bacalaureus, Bursae Hungarorum *Senior* immeritus ex consensu meorum Consiliariorum *Michaelis de Gyenges*, *Anthonii de Zerze*, *Gregorii de Sancto Martino*, *Michaelis de Olczwar* Baccalaureorum pro communi usu incolarum Domus prefate emi cantharum unum de communi aere Denariis Hungaricalibus centum, mensam unam viridem cum parvo Scrinio grossis decem; quare vos Seniores, atque Consiliarii Humanissimi super hijs diligenti cura provisionem habeatis, petimus. Propriis honoribus consulere volentes opere pretium est, ut que ipsis creditis, ea non diminuant, verum nitantur pocius augere, quare ego *Volfgangus Silvas*, seu *Hiller* Baccalaureus Viennensis anno ab nativitate domini 1523. commutatione aestivali *Senior* huius inclite burse existens, una cum meis consiliariis *Petro* baccalanreo de *Sogosczenpeter* *b*) *Georgio de Veresmarth*, *Alberto de Tor-*

---

a) Fortasse *Szölös.*
b) Rectius *Sajo - Szent - Pétery.*

Torda transilvano, *Caspare de Vylak*, nolentes pecuniam communitatis fidei nostrae commissam decoquere, in decorem huius domus emimus duo mensalia 23. grossis polonicalibus, insuper quatuor dolia, in quibus aqua contineri queat, uncum ferreum, quo si incendium (quod Deus avertat: oriretur, tectum detrahi possit, opera etiam nostra focus renovatus est, fenestra culine tempore nostro appensa. Proinde optimi successores conamini vos, pro augmento rei familiaris huius bursae, ut apud posteros laudem consequi valeatis.

Wolfgangus Hiller Budensis arcium Baccalaureus.

Pirus plantata est in medio curie, et quidem cubitalis longitudinis ab Martino Coco anno 1520.

Anno Domini *Millesimo quingentesimo secundo.* Ego *Stephanus de Varadino* artium liberalium Baccalaureus *Senior* huius Bursae Hungarorum in commutatione hyemali de voluntate et consilio *Pauli de Bathor*, *Mathie de Kamaras* Baccalauriorum, *Michaelis de Zenthgal*, *Egidii de Themeswar* studentum consiliariorum meorum emi scutelas staneas, sive plumbeas tres florenis tribus ex ere communi huius Bursae perpetuo dicatas.

Anno Domini 1507. Ego *Melchior de Chasloch* artium Baccalaureus, *Senior* huius Bursae hungarorum in arbitrium et consensum meorum consiliariorum *Thome de Kysvarda*, *Andreae de Sáros* Baccalariorum, *Michaelis de Gyula*,

Mi-

Michaelis de Anarcz Studentium emi tres scutellas aeneas de stanno factas duobus florenis pro utensilibus tabularum huius domus in wsum vindicatis, cum sigillo de cupro Veneciano ad confirmandas quitancias pro sale.

Anno Domini *Millesimo quingentesimo decimo. Emericus Colocensis* arcium Baccalarius, reipublice, domusque huius utilitatis gracia mappam unam sericis nigris distinctam dextro omine condonavit *Senior* ejusdem immeritus.

Anno Domini *Millesimo quingentesimo undecimo.* Ego *Benedictus de Labach* arcium liberalium baccalaureus, *Senior* huius Bursae immeritus in commutacione estivali ex concordi meorum consiliariorum consensu, ac sano consilio *Ioannis* videlicet *de buda* arcium Baccalaurii *Damiani de Thorda*, *Bartholomei de Nadasdh*, *Benedicti de Altarch* studentum. Nolens vel alium in hoc a predecessoribus meis, qui cura vigilantissima rempublicam domus huius augere conati sunt, denegare. Emi scutellas tres stanneas florenis polonicalibus quatuor, minus quinque grossis ex communi aere ad usum incolarum domus iam memorate, in cuius rei memoriam hec mea scripta hoc in libro huius Bursae Hungarorum legi volui, quibus posterique incremento domus gaudere stimulentur.

Eadem commutatione per eosdem, et Seniorem, et consiliarios Maluvium novum stanno circumductum vel subductum. Emptum est florenis ungaricalibus sex, quod ut integrius sem-

semper in stanno maxime conservetur, providus Senior curabit, id quod commodius est futurum, si servi circa eum caute servire admoneantur.

Doctissimus BANDTKE *obseruauit in asserculo thecae, qua Regestrum isthoc compactum est, sequentia inscripta haberi:*

„ Anno Domini 1555. XI. Cal. Octobris
„ modestissimus adoleseens *Ambrosius Thwrius*
„ in Bursa Hyerusalem pestilentiali morbo in-
„ fectus, mortuus est, ac ad edem S. Francisci
„ in Sacello Hungarorum sepultus est, eiusque
„ monumento a sodalibus carmen lugubre ap-
„ pensum. "

ANI-

ANIMADVERSIONES.

I. Itaque hucusque protenditur nouum Historiae Literariae Hungaricae phaenomenon, quod sub titulo *Registri Bursae Cracouiensis Hungarorum* per tria fere saecula latuit, nullique visum est, aut si cui etiam in oculos incidit, nullam tamen attentionem mouit, donicum cura eruditissimi Samvelis de Bandtke Bibliothecae Cracouiensis Praefecti inter Manuscripta eiusdem Bibliothecae detegeretur. — Si illud accurate examinetur, operae sane pretium erat, vt typis exscribatur.

II. Catalogus iste Studiosorum magno sane incitamento esse potest, vt ad exquirendas etiam alias Literas, Diplomata, et Manuscripta non modo, quae rem literariam concernunt, sed etiam politicum Hungariae statum feriunt, hic olim deposita, populares nostri, data occasione, exstimulentur. Hungaris cum Polonis arctum superio-

ribus

ribus saeculis vinculum intercessisse, ex vtriusque Nationis annalibus est vtique notissimum. — Omnem fere fidem excedere videtur, vt non illinc plura reperiantur Documenta, quam hactenus e tenebris in lucem protracta sunt, res Patrias insigniter illustratura. — Huc profecto pertinent *Statuta* (sine quibus nullum Institutum diu persistere potest). Bursae Cracouiensis. — Cuius generis aliqua praeextitisse ex annotationibus ad annum 1541. intelligitur, quum scilicet Medicinae Doctori *Antonino* impedimenta Domus pro conseruatione resignata fuere, quibuscum etiam *Librum Statutorum*, et *Priuilegium Salis donati* traditum esse in serie rerum adperte indicatur. — Si haec aliquando in apricum proferri contigerit, dubium non est, antiquitatum literariarum cupidos in ampliorem contubernii huius notitiam peruenturos esse.

III.

III. Quod ingens Hungarorum multitudo, Studiorum caussa, Cracouiam confluxerit, haud alia eorsum proficiscendi cupido impulerit, quam 1) vicinitas regni, 2) celebritas Doctorum in hac Academia, quae sua initia in acceptis refert Hedwigi, filiae Lvdovici I. Hung. Regis, Poloniarum Reginae, 3) libertas Populi, 4) Priuilegia Academicis concessa, 5) facilis viuendi, et studendi modus, ac occasio. 6) Protectio Sigismvndi Poloniae Regis, et 7) cum eodem affinitas Regis Ioannis de Zapolya. — Obseruare enim licet ex nominibus Alumnorum, plerosque fuisse ex Comitatibus Hungariae, et Transsiluaniae, in quibus iste dominatum exercuit.

IV. Non ergo mirari subit, quod complures illustrium, et nobilissimarum familiarum Adolescentes hic potius, quam alibi natalibus suis dignam quaesiuerint, acceperintque educatio-

nem.

nem. — Hic *Zondios*, *Czoborios*, *Vjlakios*, *Csákios*, *Bánfios*, *Korlatkios*, *Nyários*, *Széchios*, *Nádasdios*, *Gyulaios*, *Homonnaios*, *Telegdios*, *Vajos*, *Verböczios*, *Kolosvários*, *Dengeleghios*, *Putnokios*, *Genessios*, *Dobaios*, *Záborszkios*, aliosque, quorum nomina repetere superuacaneum esset, bonis artibus, et scientiis dedisse operam, condocemur. — Quod euenerit, aliquos etiam in Bursa Hungarorum Cracouiensi degeneres progeneratos esse, neutiquam Instituto, aut Literis, sed abusui scientiarum tribuendum est. Quae enim Academia vnquam extitit, quae non minus inquieti ingenii surculos nutriuisset, quam emolumento Regis, Regni, et Ecclesiae studiosissimos, viros profecto per omnem aetatem Literis deditos, celebres, et praestantissimos?

V. Tales certe plurimos fuisse dixerim ex illis, qui in hac Bursa diutius

tius

tius commorabantur, quorum omnes Ecclesiae Catholicae ritus religiosissime coluerunt, et obseruarunt, immo nonnulli in Patria Pontificatibus admoueri meruerunt, vti de *Gregorianczio*, *Vjlakio*, *Kolosvario*, *Telegdio* exploratum est. — Registri huius adnotatio ad an. 1507. et 1555. coaeua perhibet, Bursarios proprio gauisos esse Sacello, quod ad aedem *Diui Francisci* dixere, in quo Sacra fecerunt, cum obligatione quotidie sub Missa certas preces in honorem Beatissimae Virginis Mariae decantandi.

VI. An tamen omnes veste ecclesiastica induti, et Statui ecclesiastico, vel religioso addicti, aut etiam profani ordinis iuuenes illis intermixti fuerint, non liquet, nec etiam constat, an propriam compellationem vsurpauerint? id est: *Reuerendi* vel *Humanissimi* etc., sed coniectari, immo

tuto

tuto asseri potest, plurimos Theologiae studia tractasse (aliam enim fuisse Bursam *Philosophorum* adpellatam, ex nota coaeua ad annum 1558. adparet) atque honoribus academicis, scilicet *Baccalaureorum*, et *Magistrorum* non paucos decoratos esse, ex annexis nomini titulis assequi licet, immo maturioris aetatis Sacerdotes huc etiam studendi animo conuolasse, colligere pronum est ex titulis, quibus hic se *Presbyterum*, iste *Sacerdotem*, ille *Plebanum*, alter *Canonicum*, vel *Archidiaconum* appellauit. Illos autem, quorum nominibus compellatio *Magnifici*, *Nobilis*, vel *Egregii* adiecta est, de opulentiore prosapia saeculares iuuenes fuisse crediderim. — Appellationes a Liberis Regiis, aut episcopalibus Ciuitatibus adoptatae nequaquam nobilitatem, sed duntaxat locum natiuitatis significant, nisi expresso baptismali nomini, et fami-

miliae cognomini axioma vrbicum additum sit, e. g. *Sebastianus Henkkel de Leutschouia*, cuius familiam equestri ordini adscriptam, et Leutschouia oriundam fuisse, ex certioribus fontibus cognitum est. — Ita quoque aduertenda sunt nomina, latine reddita. Sic: Siculus significat *Székely*, Varadinus *Várady*, Zegedinus *Szegedy*, Cassouinus *Kassay*, Transiluanus *Erdély*, Debrecinus *Debreczény*, *Albensis* Fejerváry, etc. — Aliud est de familiis, quae Praedicato *de Eadem*, vtuntur. Siue duntaxat de *Szent-Péter*, seu *Szent-Pétery* de *Szent-Péter*, vel *de Eadem*, vel *Kakas*, de *Kakasfalva*, aut simpliciter *Kakasfalvay* etc. se compellent, tantundem est, quia haec possessorium denotant.

VII. Plus difficultatis parit Orthographia obsoleta, quae adhuc saeculo XVI. viguit, quamue incorrectam relinquere oportuit, vt genuine Manu-

scri-

scriptum editum esse cognoscatur. — Nec sphalmata in contextu correcta sunt, nec etiam nomina Alumnorum hungarica ad modernam scribendi consuetudinem reuocata. — Vti enim in Codicibus illius aetatis impressis, vel manuscriptis, quorum nonnullos in Bibliotheca Regni Széchényiana adesse, ex Catalogis patet, animaduertitur e. g. *ćs* exprimi per *ch*, vel etiam in vltima vocis syllaba per *th* etc. ita in hoc quoque Regestro id ipsum obseruatur, scilicet *é* scribi per duplex *ee*, loco *Naghi* legendum esse *Nagy*, pro *Sz.* poni solum *Z.* et pro *ö* vel *ü* passim *ew*, sicque plura alia. — Haec pronunciationem adeo reddunt difficilem, vt nonnulla nomina tantum diuinatione restitui debuerint.

VIII. Obseruatum praeterea est, quorumdam Contubernalium in eodem Regestro nomina modo ad hunc, modo ad alium annum rursus repeti. —

Hoc

Hoc itidem dubium profert, an vna eademque persona, vel diuersae eiusdem cognominationis intelligendae sint? — Id omnino certum est, aliquos eorum, fundamentis literarum, et religionis Cracouiae imbutos, postea semet in Germaniam, vel Heluetiam transtulisse, ac mox iternm ad Bursam Hungarorum rediuisse, vt principia noui dogmatis, quod Wittebergae, vel Tiguri hauserunt, cum Bursariis communicarent, hacque de caussa quorumdam nomina in Regestro ad diuersos annos bis, et ter comparere. — Hoc de *Szegedio*, *Szalaio*, *Dévaio*, *Gálszécsio*, et nonnullis aliis manifestissimum est; qui Cracouiam ab exteris oris rursum migrarunt, et ingeniorum suorum foetus ibidem procudi fecerunt. — Non parum enim Conuictores Bursae adlaborasse, vt lingua Hungarica caput altius attollere occiperet, documento sunt Libri, qui sub me-

nedium saeculi XVI. idiomate patrio
Cracouiae impressi fuerunt, tametsi
ieutiquam scopo linguam excolendi,
ed finis, quem sibi praefixerunt, con-
equendi caussa.

IX. Alumnos istos in vno, eodem-
ue contubernio simul vitam egisse,
onfirmat conditus *Senioratus*, cuius
unctiones, si *Statuta* adessent, faci-
e definiri possent. — Ex annotatio-
ibus comprehenditur, electum fuisse
x numero studentium communibus
uffragiis nobiliorem, vel perspicacio-
em ceteris, cui cura domesticae ad-
ninistrationis credita erat, tam de per-
eptionibus, quam de erogationibus
ationes ducendi obstricto, quem *Se-
ioris* honore condecorarunt. — Huic
dditi sunt in auxilium aliquot contu-
ernales sub nomine *Consiliariorum*,
uibuscum de emolumento Instituti
onsultabat. — Supremam tamen in-
pectionem habuisse Vniuersitatis *Re-
torem*, et *Prouisorem* (qui fortasse

F mu-

munus sustinebat, quod hodie *Procuratores nationum* in Vniuersitate Vindobonensi) atque *Collegiatos*, seu magistratus academicos, ex notatione ad annum 1524. coniici potest. — Caeteri studentes beneficiati, quos hodie *Stipendiatos* nominare moris est, *Bursarii* dicebantur, ipsa vero Domus quam isti incolebant, perhibente ad notatione ad ann. 1510. *inclytae Bursae* nomine insignita fuit. Si decem salis banchos ex fodinis Welicskensibus quotannis administratos excipias, in hoc Regestro nulla prorsus vestfgia adparent alicuius stabilis Fundationis, et aliorum beneficiorum, quae Alumnis concessa fuerunt. — Non vana proinde est opinio, plerosque propriis sumtibus, aut Parentum, Praesulum, et Magnatum Hungariae, itemque ex *Bursalibus*, quorum nota ad an. 152 meminit, victitasse. — Haec a Conuictoribus pro immatriculatione, seu incorporatione deponebantur, et in pa

pe-

periorum intertentionem conuertebantur; accepto exemplo a Monachis, qui suos olim in Claustris habebant *bursarios*, quorum intererat corrogatam stipem *bursae*, siue marsupio imponere, et administrare. — Quod huic studentium Hungarorum coetui admodum curta fuerit suppellex, luculentissime testatur vilis, et nullius pretii rerum domesticarum adparatus, qui in adnotationibus ad an. 1541. recitatur. Nec maioris momenti sunt mobilia, quae Seniores ad vsum Domus an. 1502. 1505. 1507. 1508. 1510. 1511. 1518. 1521. 1523. 1524. 1538. docentibus adnotationibus, compararunt. — Iam anno 1538. res Bursae adeo infirmo constiterunt talo, vt vnum e gremio, ad congreganda subsidia, scilicet *Laurentium Mocsi* in Hungariam dimittere oportuerit, qui Cracouiam nunquam rediturus, in Germaniam abiit. Si quis probabili coniecturae locus concedendus est, sine multa du-

 bita-

bitatione credi potest, subsidia hactenus ex Hungaria percepta, Vitebergam, et Tigurum fuisse translata, quod videlicet, reformatione nimiopere iam inualescente, iuuentus Hungara, non attentis in Patria bellis, et disturbiis maximis, studiorum caussa, maiori numero, ad Academias Germaniae, et Heluetiae itinera susceperit. —

X. Neque Aedes, quae habitationi Bursariorum deseruiebant, magni momenti, et spendidas fuisse, sed fortassis humiles persuadet vncus, an. 1523. a Seniore procuratus, vt pro casu incendii emergentis tectum detrahi queat, inutilis vtique futurus, si aedificium, ad contignationem erectum extitisset. — Quo anno propriam domum incolere coeperint erui quidem nequit, attamen illos aliquam anno 1508. iam inhabitasse, clarum euadit ex annotatione, qua refertur eos, ob grassantem in vrbe luem pestiferam, domum deseruisse, et sequenti anno 1509.

pau-

paucos rediuisse. — Domum propriam illos vsque annum 1544. tenuisse, nota docet, quo anno sub minis carcerum eiecti fuerunt, quod nec Priuilegium super donatione, nec Contractum super emtione producere valerent, frustra ad clementiam Regiae Maiestatis appellantibus, et subsidia ex Hungaria praestolantibus. — Caussa ex notationibus, cur illis ademta sit, adaequate comprehendi nequit. — Promiserat quidem Vniuersitas, quae sibi ius in Domum vendicauit, quod post duodecim annorum interuallum, eius vsum Hungaris indulgere velit. — Sed fortassse aliis rationum momentis subuersantibus, delegatus Episcopus excitatam inter Vniuersitatem, atque Bursarios litem definire tergiuersatus est, et negotium ad gratiam regiam relegauit. Nondum tamen dispersos esse, sed alibi habitasse colligitur ex notatione ad annum 1555. qua *Ambrosius Thuri* in Bursa Hierusalem ex morbo pestife-

ro

ro occubuisse narratur. — Erat quidem anno 1557. illis conflagrata, et ruinae proxima *bursa*, olim *Germanorum* assignata, sed, quod census paucorum incolarum ad faciendas reparationes haud sufficere videretur, hac quoque priuati fuerunt, cessante hunc in modum cum exitu anni 1558. *Bursa Hungarorum Cracouiensi.*

XI. Sub initium huc multos confluxisse; testificantur nomina Studiosorum, quae huic Regestro inscripta sunt. — Eorum Catalogus incipit ab an. 1493. et continuatur sine subsequentium annorum annotatione, et indicatione vsque an. 1508. quo primum inchoatur pericope secundum ordinem *Senioratuum.* Hunc

1510. et 1511. excipit, tacito anno
1512. deinde sequitur.
1519. nulla facta mentione anni 1520.
1521. annum insequitur series annorum nequaquam interrupta vsque an. 1540.

1541.

1541. anno duntaxat quatuor in Contubernio existentibus, desiit Consignatio Alumnorum, et per longum interstitium, quo domo carebant, dispersique habitabant, nullorum nomina Regestro inscripta fuere vsque
1557. annum, quo voluntate Rectoris tres Polonos recipere iussi sunt. Mox
1558. anno Contubernium plene intercidit.

XII. Ad occasum semper propius accedere iam anno 1524. coepit, et postea de anno in annum nunquam non pauciores Hungari Cracouiam frequentarunt, cuius rei caussam iam in Praefatione ex probabilibus rationibus depromsi.

XIII. In adnotationibus Seniorum, quae sub finem Regestri leguntur, nullus ordo chronologicus obseruatus est. Sed prouti aliquis in Libro vacuam

cuam

cuam reperit paginam, ita id, quod sub suo Senioratu accidit, et dignum memoria censuit, non attenta annorum serie, inscripsit, quae tamen Connotationes ad Historiam extincti Alumnatus parum, aliquae plane nihil conducunt.

Haec non alia de caussa huc inserta sunt, quam vt ea suppleantur, quae in Praefatione praetermissa fuere.

M * *